

# TRINITARIOS

[Proprium Officii]

In festo Beati Michaelis a Sanctis  
confessoris... Ordinis Discalceatorum  
Sanctissimae Trinitatis, Redemptionis  
Captivorum : duplex : die V julii. --

[S.l.] : [S.n.], [s.a.]

[4] p. : 4°

En final de texto figura la fecha de  
1786. -- Texto a dos col.

1. Breviarios 2. Brebularioak I. Iglesia  
Católica II. [Proprium Officii] III.

Título

HS-1,3

Die V. Julii.

# IN F E S T O BEATI MICHAELIS A S A N C T I S

C O N F E S S O R I S.

Sacerdotis professi Ordinis Disalceatorum Sanctissimæ  
Trinitatis, Redemptionis Captivorum.

D U P L E X.

*Omnia ut in Breviario  
Romano, de Communi  
Confessoris non Pontificis,  
præter sequentia.*

*In Hymno mutatur ter-  
tius versus.*

O R A T I O.

**M**isericors Deus, qui  
B. Michaëlem Con-  
fessorem tuum morum  
innocentia, & mirabili  
charitate præstare voluis-  
ti: concède quæsumus ejus  
intercessione, ut à vitiis  
liberati, & igne tui amô-  
ris incénsi, ad te perven-  
re mercemur. Per. Dômi-  
num, &c.

I N I. N O C T U R N O.

*Lectioes de Script. œ-  
currente.*

I N I I. N O C T U R N O.

*Lectio jv.*

**M**ichael à Sanctis Vici-  
in Hispania Citerio-  
re piis, & honestis Paren-  
tibus natus, mundum ante  
contempsisse, quam agno-  
visse vissus est. Pené in-  
fans perpetuam virginita-  
tem Deo vovit; cumque  
rei conscius Pater nuptias  
illi per jocum proponeret,  
in lacrymas effusus puer  
atque ad Deiparæ Virginis  
aram confugiens, emissum

vo-

R. 63009

votum multò etiam ferventi-  
us renovabat. Sexennis ad  
Sanctorum vestigia sectan-  
da in Monsenii speluncam  
secèssit : in qua dum pa-  
cientis Christi mysteria de  
geu piis affectibus , la-  
chrymisque prosèquitur, ab  
iis, quos Pater ad eum quæ-  
rèndum submiserat, depræ-  
hensas , domum redire cõ-  
gitur. Neque tamen de præ-  
concepto severiõris vitæ  
propósito quidquam remi-  
sit. Unicum illi erat rerum  
Coelèstium desidèrium,  
perpétua cum Deo consue-  
tudo , innocèntis verò car-  
nis maceratio, major quàm  
ut tènera illa ætas ferre posse  
viderètur. Nam singulis  
hebdómadis ter jejúnans,  
somnia super sarmentõ-  
rum fascibus , saxo cápiti  
supposito , carpens flagél-  
lis in se ipsum accerrimè  
savire, quin etiam aliquân-  
do corpúsculum , sancti  
Francisci exèmplo in spina-  
rum acèrvum conjicere , &  
cruentandum volutàre non  
debitavit. Quibus, aliisque  
cruciatum generibus ad-

mirabili illi pœnitentiæ pro-  
ludèbat , quam pòstea ad  
hómìnum stuporem tantò-  
pere adauxit.

R. Honestum , &c.

*Lectio. v.*

**A**Nno ætatis duodèci-  
mo nondum explètos  
solus , & pedes egrèdiens  
de domo & cognatiõne sua,  
Barcinõnem contèndit: ibi-  
que Sanctissimæ Trinitatis  
Redemptiõnis Captivõrum  
Ordinem inter Calceatos  
amplèxus , quàm primum  
per ætatem licuit , solém-  
nia vota nuncupavit. Pau-  
cis inde post mēsisibus ad  
strictiõrem Discalceatorum  
ejusdem Ordinis Familiam  
se transtulit. In hac nova  
Regulãris disciplinæ pales-  
tra mirum est quot , quan-  
tisque virtutum incremèn-  
tis , etiam inter continuas  
studiõrum exercitatiõnes,  
superiõris vitæ sanctitatem  
cumulaverit. Ea enim reli-  
giõne leges omnes servã-  
bat , ut nulam ex iis , vel  
mínimam violasse compér-  
tus fúerit. Virginitatem,  
quam quinquennis Deo vó-  
verat,

verat, inviolatam undique  
illibaramque ad orbitum us-  
que servavit. Unica, eaque  
obsoleta utebatur tunica.  
Asperimis ciliciis, ferreis-  
que flagris corpus cruciaba-  
bat. Jejunii cultor perpé-  
tuus, & semper abstemius,  
aliquot per hebdomadam  
dies sine ullo prorsus cibo,  
potuque transigebat; reli-  
quis vero parcissime, ac  
duriter vescebatur. Somno  
brevissimum temporis spa-  
tium indulgens, reliquum  
noctis dabat piis meditatio-  
nibus, ac coelestium rerum  
contemplationi: quarum  
desiderio ita flagrabat, ut  
cum de coelesti Patria, aut  
verba ipse faceret, aut  
dicentem quempiam audiret,  
extra se rapi omnino  
videretur.

*R. Amavit, &c.*

*Lectio vj.*

**C**UM Deum toto men-  
tis affectu diligeret,  
summis cum precibus exo-  
rabat, ut sibi cor novum  
tribueret, in quo purior  
arderet flamma charitatis.

3  
Quo ex tempore cor ejus  
ineffabilibus coepit afflue-  
re deliciis, & novis divi-  
ni amoris aestibus efferves-  
cere. Rem divinam factu-  
rus eo animi sensu ad aram  
accedebat, & tanta religio-  
ne sacris operabatur, ut  
adstantes ad pietatem mag-  
noperè inflammaret, & cum  
sacratum Calicem in altum  
attolleret, a sensibus pe-  
nè alienatus appareret. Nec  
minore erga proximos cha-  
ritate flagrabat: quos & pri-  
vatis consiliis, & publicis  
concionibus, & assidua sa-  
cramenti poenitentiae admi-  
nistracione juvare nunquam  
praetermisit. Cum vero  
propter haec non Populi mo-  
do, sed viri etiam Principes  
ejus sanctitatem admiraren-  
tur, ea tamen erat animi de-  
missionione, ut se demonibus  
ipsis deteriorem affirmaret.  
Tandem cum Fratibus ite-  
rum praesesset, ad innocen-  
tis, ac poenitentis vitae pra-  
emia vocatus, eo quem pra-  
dixerat loco, & tempore, pu-  
rissimum spiritum Deo red-  
didit Vallisoleri, die deci-

4  
na Aprilis, anno Domini  
millésimo sexcentesimo vi-  
gésimo quinto, ætatis vero  
trigésimo tertio. Quem  
multis ante, & post óbitum  
miráculis clarum Pius Sex-

tus Póntifex Máximus Beas-  
tòrum fastis adscrípsit.

R. Iste homo, &c.

Misa Os justí in Com-  
mun. Confes. non Pontif.  
primo loco. Orátio, ut suprà.

## HISPANIARUM.

**C**UM Sanctissimus Dominus noster Pius VI. Pon-  
tífex Máximus sub die 22. Maii 1780. pro  
Universo Ordine Discalceator. Sanctissimæ Trinitatis  
Redemptionis Captivorum Officium, & Missam de  
Commun. Confes. non Pontificum Oratione & Lectióni-  
bus secundi Nocturni propriis in memoriam BEATI  
MICHAELIS DE SANCTIS, Sacerdotis Professi su-  
prad. Ordinis jam adprobaverit. Idem Sanctissimus  
Dominus noster ad enixas preces Seren. Hispaniarum  
Regis per Equitem Josephum Nicolaum de Azara Mi-  
nistrum Plenipotentiarum nomine ejusdem Seren. Regis  
Sanctitati sugporrectas, & à B. P. Carolo Erskine  
Sanctæ Fidei Promotore relatas, extensionem supra-  
dicti Officii & Missæ BEATI MICHAELIS DE  
SANCTIS sub ritu duplici minori omnibus utriusque  
sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur in Dominiis  
eidem Seren. Regi subiectis benignè concessit, contrariis  
quibuscumque non obstantibus. Die 28. Januarii 1786.

J. Card. Archintõ, Præf.

Loco ✠ Sigili.

Julius Maria de Somalia, S. R. C. Secret.